dicente Avicenna: Aer est elementum necessarium corpori et
spiritui et propter hoc quod est elementum est eorum circumdatio
utriusque adveniens spiritibus et est in melioratione
eorum non tamen ut elementum sed ut faciens. Quare cum
aer sit corpus mixtum subtilissimum substancie vite
celesti inveniens tamen vi seminali astrorum spiritibus
vitalibus coniungentur. Ideo alterat eius incorporatur
et dilatatur eorum virtutes et operantur operationes suorum astrorum
in predisposito ad hoc sicut operantur semina suis vir-
tutibus. De hac via alterationis loquitur Avicen-
na canone quarto de febre pestilentiali in hunc
modum. Et quando virtutes agentes celestes et
terrestres paratos faciunt humiditati aeris compelluntur
fumi et vapores ad ipsum et diffunduntur et putrefiunt
cum caliditate debili et aer in hunc modum infectus
veniens ad cor corrumpit complexionem spiritus qui est in ipso. Et
principium horum omnium ex formis celi est que faciunt
initiatum esse illud. Constat itaque ex dictis quod temporibus
advenientibus insignibus magne virtutis applicationes
astrorum sunt cuius signum in celo et aere apparet
magne sequuntur alterationes aeris et aliorum elementorum.

## Quomodo effectus super celestium et applicationes astrorum durant intensiores de post. Capitulum duodecimum

Longissimo quoque tempore post astrorum configurationes
et eclipsationum applicationes ipsis omnino cessantibus
effectus continuati ac fortificati con-
sueverunt. Cum ut sentitur in animalibus com-
paratorum fundamentum est ex corde et suis spiritibus
tamquam ex principio ad quorum impetuosa alterationes
ut dictum est omnis spiritus virtutis alteratur. Alte-
rati sunt enim spiritus concurrunt ad similitudinem proprietatum



License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 165, 265r – Eberhard Schleusinger, De cometis
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-zevw/237/3032)